

Cum
Vix eruditione & viuidis virtutibus
NOBILISSIMVS,

JOANNES SIGIMVNDVS HEINSIVS,

mense Februario,
anno sæculi vigesimo,
nomen & decus

MAGISTRI,
LIPSIAE,

plaudentibus Gratiis,
choro SOPHORVM largiente,
prenderet;

Gratulata CANDIDATI debitis honoribus
Læta quaecunque carmen atulit

MODESTIA,
candida fide

JOANNIS GOTTOFRIDI ZEISKII.

Soraviae, prelo Jo. Gottlieb Rothii, Promnitian. aul. Typogr.
MDCC XX.



MODESTIA SAPIENTIAE.



I qua vides tenui pallefcere figna papyro,
Quæ fcriptit, timido palluit ore prius.
Aut vbi purpureum referent elementa colorem,
Ifte quidem noftras pinxerat ante genas.

Hic nulla exornant titulorum emblemata frontem :

Ne mirare: mea eſt ſcripta tabella manu.

Nec tibi ſuſpenſas demulcent molliter aures,

Nec vaſtros fingunt byſſina verba dolos.

Fœdus amicitia, quod candida pectora iungit,

Eſſe procul technas & ſimulacra iubet.

Bæbia lex ſi quid vetat, aut calpurnia Peitho,

Huic negat, & merito, littera noſtra locum.

HEINſIADES, ſi quaeris, mihi cauſa libelli,

Manſurus totum quem tibi tradit amor.

HEINſIADES, pars magna mei, penitusque medullis

Hærens progenies, delictumque meum.

Adſecta Chryſippi non eſt, foetusque Thraſonis,

Quorum iam nimium meſis vbique ferax.

Jurares tumidum rediisse Palæmona terris
 Prolis ductorem deterioris auro.
 Vipereos iterum dentes sparfisse videtur
 Cadmus, Mamurræ prodiit vnde genus.
 Quid memorem infulsos, quorum, velut aggere rupto,
 Heu expugnatus cesit ab ore pudor?
 Si canis e Nilo vix labra extrema rigauit,
 Gorgoneos latices se vacuasæ putat.
 Vix gustat cum mure dapes conuiuia superbus,
 Et stomachum saturo fercula spreta cient.
 Pemnata vana placent, vt nunc sunt tempora, multis,
 Quos solidum videas posthabuisse cibum.
 Ac modo lingua leui fauceat temeraria ccepto,
 Fundatque amenti psittacus ore sonos;
 Me modo perfricta proculcet fronte meosque,
 Tum nimia turgens ambulat arte Thales.
 Montibus aut tentat congestis, more gigantum,
 Cœlum, ipsumque truci gutture scurra Devm:
 Aut quicquid sanctum est, mysteria, iura fidemque
 Audet sacrilegus contemerare furor.
 HEINSIADAE melior surgit sententia mente,
 Quem morum exhilarat condecoratque lepos.
 Hunc placidis gestauit vlnis, gremioque recepi,
 Spesque illum hyblæo nutriit alma fauo.
 Hunc Charites finxere sibi virtutis alumnum,
 Huic pridem ingenium prætulit acre facem.
 Nil addo, ne quid videar tribuisse fauori,
 Laudandisque aliis immemor esse mei.
 Id tamen addo vnum: tuus est, tuus esse laborat
 HEINSIUS. an sobolem destituisse potes?
 Quis te, quo decuit, constantius auxit honore?
 Quemque tui castus fortius vrsit amor?
 Testis ephebeum (tenuem si respicis vmbra
 Aonidum, si te tesqua inamœna mouent)
 Testis parua, bonæ tamen indolis illa palæstra;
 Nec ciuem erubuit patria SORA suum.

Testis magnifico Philyre lectissima cultu,
 In cuius fixi sunt tibi sede lares.
 Ipse tulit punctum laudatorum omne virorum,
 Cum soli studeat displicuisse sibi.
 Hunc adscribe tuis, merito dignare brabeo,
 Serpat honoratis laurea festa comis.
 Non, puto, reiicies, doctis quem saepe vacantem
 Phosphorus oppresit, vespera saepe libris.
 Quin pecus ignauum deturba adytisque sacrisque,
 Arcadiaeque apinis attica templa nega.
 Si meritis ero digna tuis, si grata videbor,
 Si, qui non quaerit, munera rite meret:
 Si iam sponte tuos placida complectere mente,
 Illis si precium diceris ipsa, faue.
 Quid loquor? HEINSIADAE iamiam decernis honores,
 Palmatumque refert sedula cura decus.
 Quod superest, veras tibi pendunt pectora grates,
 Numen & exorant serua vota piuum.
 Det PATER, vt letis collucens floribus arbor
 Maiori largas fenore reddat opes!
 Huc mecum contende: tuoque vt cultior orbis,
 Barbarie victa, plaudat honore, vale!



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506
K118
1017






die kapsel 78N 13(12)

72

Cum
Vix eruditione & viuidis virtutibus
NOBILISSIMVS,

JOANNES SIGIMVNDVS HEINSIVS,



nse Februario,
sæculi vigesimo,
omen & decus

GISTRUM
IPSIAE,

dentibus Gratis,
OPHORVM largiente,
prenderet;

DIDATI debitus honoribus
cunq̄ue carmen attulit

ODESTIA,
candida fide

OTTOFRIDI ZEISKIL.

eb Rothii, Promnitian. aul. Typogr.
MDCCXX.

72.

AK

